



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quarta. Vtrum hoc sacramentum debeat dari sanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

cuiuslibet persona, dato & minister sit malus in se.
Ad aliud argumentum dicendum est & vius christma-

tis in confirmatione pertinet ad solum episcopum: quia per confirmationem acquiritur gradus super communem popu-
lum, sed per vitum oler in extrema vocatione non acquiri-
tur talis gradus, & ideo eius dispensatio conuenit omni
sacerdoti, & non conuenit soli Episcopo.

Q Y E S T I O Q U A R T A.

Vtrum hoc sacramentum debeat dari sanis.

Quarto queritur vtrum hoc sacramentum debeat dari sanis. Et videtur & sic, nam sicut baptismus est sacramentum intramini Ecclesiam, sic extrema vocatione est sacramentum ex eundem, sed baptismus datur omnibus intratribus Ecclesiam sanis & infirmis, ergo extrema vocatione debeat dari omnibus exitur: sed aliqui sanis exitu sunt exituri, sicut illi qui sunt decapitandi, ergo &c.

2. Item si hoc sacramentum non debeat dari nisi infirmis saltem videtur & debeat dari omnibus infirmis: sed pueri, amentes, & phreneticus quandoque infirmantur ad morte, ergo est eis conferendum hoc sacramentum.

3. IN contrarium est quod dicit beatus Iacobus: Infir-
matur quis in vobis, &c.

4. R E S P O N S I O. Videnda sunt tria. Primum est, an hoc sacramentum sit conferendum omnibus infirmis. Secun-
dum est, vtrum sit eis conferendum in determinatis partibus corporis. Tertium est, an debeat aliquando reiterari.

5. Quantum ad primum tenetur communiter & hoc sacramentum non est dandum nisi infirmis. Cuius ratio-
nem aliqui assignant dicentes: ea quae in sacramentis ge-
runtur interiori debent representari per ea quae geruntur exteriori, sed effectus interior huius sacramenti est sanatio spiritualis, ergo debet representari exteriori per sanatio-
nem corporalem, sed nullus est illius sanationis suscep-
tus, nisi actu infirmus, quare de necessitate huius sacra-
menti est quod suscipiens ipsum sit infirmus: quia in sa-
cramentis quicquid est essentialiter de necessitate significati-
onis, est essentialiter de necessitate sacramenti, quam
sacramento in quantum sacramenta sunt essentialiter que-
dam signa.

6. Sed contra hoc posset sic obiecti: sicut extrema vocatione est spiritualis sanatio, ut penitentia est spiritualis refu-
tatio, & baptismus spiritualis ablution, igitur si spiritua-
lem sanationem necesse est significari per corporalem, ita
ut necesse sit & suscipiens sit infirmus corporaliter, simili-
ter (vt videtur) necesse est & spiritualiter resuscitationem
que fit in penitentia significari per corporalem, ita ut su-
cipiens ea est corporaliter mortuus, & ablutionem spir-
itualem quae fit in baptismo necesse est significari per cor-
poralem, ita ut baptizatus est corporaliter immundus,
hoc autem non est necessarium, ergo nec primum.

7. Ad hoc potest dici & non est simile de penitentia &
baptismo, & de extrema vocatione: quia licet penitentia
sit spiritualis refutatio, non tamen datur per modum re-
suscitationis, sicut extrema vocatione per modum medicami-
nis. Et ideo non oportet penitentem esse mortuum sicut
oportet illum qui inungit esse infirmum. Item corporal-
is ablutionis susceptiuus est non solum immundus sed
& mundus, sed curatio non est susceptiuus nisi infirmus.
Porell etiam alia ratio assignari, quia extrema vocatione
est quasi ad supplementum penitentie, ut qui non
posseunt cogere viri penitentiae medicina tam medicina
grauior, vrantur hoc sacramento tanquam medicina leuio-
ri, sed sani viri posseunt penitentia, ergo pro eis non est in
sufficiencia hoc sacramentum, sed solum pro infirmis graui-
ter, de quorum exitu probabilitate timetur propter aggredi-
tionem infirmarum: nec tanquam omnibus infirmis quan-
tumcumque grauior infirmarum competit hoc remedium
quia non pueris. Primo quia non indigent eo, cum hoc sa-
cramentum ordinetur ad dimissionem peccatorum vocationis
quod pueri ante finis capaces rationis committente-
re non possunt. Secundo quia hoc sacramentum plurimum
valet ex devotione suscipientis, & illi pueri hoc sacramen-
tum non possunt cognoscere, & cum devotione suscipere,
ideo illis dari non debet. Similiter nec furiosis, nec amen-
tibus nisi haberint lucida interwalla in quibus hoc sa-

Sancto Porciiano

cramentum petierunt, & nisi creditur quod non faciant
interventum sacramento.

8. Quantum ad secundum dicendum & toti corpus non
debet inungit, sed solum determinatae partes eius, s. orga-
na sensuum, pedes & renes. Quis ratus est, quia hoc sa-
cramentum exhibetur per modum curationis. Ex quo po-
test sic argui: sicut est in curatione corporali, sic suo mo-
do debet esse in spirituali, sed in curatione corporali non
oportet & medicina curans rotum morbum adhibetur
toti corpori, sed sufficiat quod adhibetur illis partibus in
quibus est radix morbi, ergo similiter debet esse in extre-
ma vocatione quae est sanatio spiritualis, quae non debet
adhiberi toti corpori, sed illis partibus in quibus sunt prin-
cipia & radices peccati veniales, tales autem sunt partes
prius nominatae: quia radix & principium peccati in no-
bis est primo vis cogitativa. Secundo appetitiva. Tertio
vis mortua vel exercititia: Vis autem cogitativa in nobis
ortum habet a sensu, & ideo in nobis debent inungi loca
quincunq; sensuum: oculi propter visum, aures propter audi-
tum, manus propter tactum qui in puluis digitorum ma-
xi me viget, & nares propter odoratum, os propter gustum.
Sed propter vim appetitivam inangustatur renes a quibus
dam, propter mortuam pedes. Sed quia primus principium
nostrorum actuum est vis cogitativa, ideo illa vocatione qua
fit in organis sensuum est de necessitate sacramenti, & ser-
uat ab omnibus. Quod si aliqui sint mali in aliquibus organis sensuum, debet inungi quanto propinquius
possunt ad partes illas in quibus vocatione fieri debuit. Alio
vero vocationes non videtur sic esse de necessitate sacramen-
ti, quia vis appetitiva & motuia sunt secundaria principia
actuum nostrorum, & ideo aliqui illas non obseruant, &
aliqui obseruant illam quae est ad pedes, & non illam
quae est ad renes.

9. Quantum ad tertium dicendum quod hoc sacra-
mentum potest iterari, quia omne sacramentum quod non im-
primis effectum indelebilem est iterabile, sed extrema vocatione
cum non imprimat characterem vt baptismus, con-
firmatio, vel ordo, non imprimis effectum indelebilem,
ergo potest iterari non solum in diuersis infirmaribus
quando in singulis timeretur de periculo mortis, sed etiam
in eadem infirmitate quando est diuina, vt ethica vel
hydropis, quotiens ex tali infirmitate deducitur homo
ad periculum mortis. Extrema enim vocatione non respicit
infirmitatem absolute, sed statim infirmitatis, qui quo-
tiens iteratur sive in eadem infirmitate sive in diuersis po-
test & vocatione iterari.

10. Ad primus arg dicendum & intrantes statim ecclie
sia non habent aliud remedium nisi baptismum, & ideo
debet esse communis omnibus tam sanis & infirmis, tam
adultis & parvulis. Sed exituri de hoc mundo si sint sanis
habent aliud remedium, scilicet penitentia, & ideo non
indigent extrema vocatione, quae est quasi in supplemento
penitentie: infirmi vero indigent tali remedio, ideo
eis solum est conferendum.

11. Ad secundum patet responsio ex dictis in corpore
questionis.

D I S T I N C T I O X X I I I .

Sententia huius distinctionis
in generali & speciali.

Nunc ad considerationem sacramentorum ordinationis. Su-
perius determinata Magister de sacramentis quae or-
dinantur ad remedium vnius personae: hic vero determi-
nat de sacramentis quae ordinantur ad remedium totius
ecclesie. Et diuiditur in duas. Primo determinat de sacra-
mento ordinis, quod ordinatur ad gubernationem ecclie
& spiritualem multiplicationem. Secundo de mati-
monio quod ordinatur ad multiplicationem carnalem si
delium. Secunda vigefimafesta distinctione, quum alia
sacramenta post peccatum. Prima in duas. Primo deter-
minat de sacramento ordinis. Secundo de conferentibus
& suscipientibus hoc sacramentum. Secunda vigefima
quinta distinctione ibi. Solet etiam queri si heretici. Pri-
ma est principialis lectio, & diuiditur in tres partes. Pri-
mo determinat de ipsis ordinibus. Secundo de quibusdam
officiis vel dignitatibus quae ordines consequuntur.

Terzo